

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae & politicae

Goclenius, Rudolph

Marpurgi Cattorum, 1601

XCVIII. An opinio sit de omnibus: & an quedam sit prava?

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109121)

Fines superiores sunt meliores inferiores.

quæ proficiuntur à procreato habitu sunt meliores & experibiliores habitu, quia perfectiores & faciliores: Quæ verò præcedunt habitum, ut imperfectæ & difficiliores, non sunt meliores.

XCVIII.

An opinio sit de omnibus: & an quaedam sit prava?

ARISTOTELES lib. 3. Ethicorum, cap. 1. Opinio, inquit, de omnibus esse videtur: non distinguitur pravo & bono. At electio non est de omnibus: distinguitur pravo & bono. Prius quomodo convenit cum veritate? quomodo cum posteriorum analyticorum doctrina, ubi traditur, quorundam esse intelligentiam, quorundam opinionem, quorundam scientiam? Sanè quædã sunt per se ipsa nota, aut sensui, aut menti. Non igitur opinabilia. Ignem esse calidum, & urere, non opinamur, sed novimus argumento *αἰσθητός*, id est, experientiæ testimonio. Totum esse majus parte sua, (ut similia *ἀπὸ τῶν μερῶν*) intelligentiæ nostræ per se notū est. Non igitur est opinio. Aristoteles ergo *ἡ γνώμη* & cum restrictione atq; exceptione necessaria, omninò accipiendus est sic: Opinio est de omnibus enunciationibus, quæ per se ipsas notæ nō fuerint. Interdum etiam simpliciter necessaria sub opinio.